UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Orator

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

animos quoque, à quibus verba exeunt procidiſſe. *libro 2.*

Ægrotus non quærit medicum diſertum, ſed ſanandi peritum: a philoſopho non requirimus orationem phaleratam. *Apud* ...

Eraſmi Roterodami. Vt idem ſol ceram liquefacit & lutum in- ... Ita eadem oratio alios reddet deteriores, pro ingeniorum ... hunc emolliet ad pœnitudinem erratorum, hunc irrita- ... contumaciam. *in Simil.*

Vt magnes non quidvis ad ſe trahit, ſed ferrum duntaxat, cum ... multo leuiora: Ita quorundam oratio non mouet omnes, ... propenſos ad id, quod illi ſuadent. *ibid.*

... ſic ad audiendum eſt accedendum, vt velis iniungi & obli- ... quo nitidior fias: ſed gratiam habeas, ſi velut alueare acri ... ipſe mordaci ſermone purgeris animo, qui cæcutientiæ & ... dinis eſt plenus. *ibid.*

E voce agnoſcimus hominem, facie non conſpecta, nam ſua ... vox: Ita ex oratione licet hominis vitam coniectare. *ibi-*

Vide Sermo. Item Lingua, Loquacitas. Item Garruli- ... Silentium.

Orator.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Orator. Græce ῥήτωρ, ορος, ὁ, & ῥητορικὸς, oratorius dicitur. Ve- ... ab orando, hoc eſt, dicendo. Differunt autem orator, rhetor, & declamator ſic: quod *Orator* eſt, qui in iudiciis vel in ... causas agit: *Rhetor*, qui rhetoricam profitetur: *Decla-* ... qui aut docendi alios, aut exercendi ſe gratia fictam cauſam ... veris poſtea cauſis poſſit orare, quod declamare, dicitur; ... declamare erit ficto themate componere, hinc actiones ipſæ ... & declamationes vocantur, ab orator dicitur oratorius, ... vt oratorius ſermo, oratoria facultas, oratorium munus, ... aduerbium, hoc eſt, more oratorio.

Oratores ab Hebræis *Melitſim* appellantur, à verbo *Malatis*, de ... dulcem effecit, edulcauit, mellitis verbis vſus eſt. Hinc μελ- ... dulciter cano, permulceo, cantu. Et Latinum Melus, ... mulceo, demulceo. Melitia, interpretatio, à verbo *Lits*, in- ... eſt.

SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

... proprium Oratoris, aperte, diſtincte, & ornate loqui. ... *de Offic.*

Inhumanum eſt, eloquentiam ad hominum ſalutem & conſer- ... datam, ad bonorum peſtem perniciemque conuertere. ... *de Offic.*

Equidem video oratoriam facultatem & vim maxima ex parte ... auditorum eſſe poteſtate. *Demoſt orat. de Corona.*

Quodnam maius crimen dicere quis poſſit virum oratorem, quã ... eadem ſentit ac loquitur? *Ex orat. de Corona.*

Non eſt quicquam indignius ac moleſtius, quam cum vir autori- ... habens, & facultate dicendi præditus, teſtibusque abundans, ... mentiri: tum enim neceſſe eſt, rerum non iam de re tantum ... verum etiam de ipſo dicente, quod ei propter autoritatem ... non par ſit. *Ex orat. contra Callippum.*

Quo promptius ipſa oratione vti videmur, eo magis illi diffidunt ... *Olyn.*

Ipſa orationum elegantia, & lepos auditorum beneuolentia ..., qua cum, ſi etiam mediocriter dixerit, gloriam reporta- ... necnon gratiam ſibi conciliabit: circa hanc, etiam ſi bene di- ... excellat, ab auditoribus tamen negligetur. *Ex oratio. Fu-* ...

Omnis oratio, ſi res ac facta abſint, vanum quidpiam & inane vi- ... *Olynth. 3.*

Omnis oratio vana eſt & infrugifera, quæ actionum expers fue- ... *Ex orat. ad epiſt. Philip.*

Si ad gratiam concionari oportet, quæcunque oratione præter- ... aliquis, vt ne moleſtus ſit, eadem de rebus ipſis prætermit- ...: ſi vero orationis venuſtas & gratia rebus conſentanea non ..., damnum affert. *Ex orat. 1. contra Philippum.*

... vnum reliquum eſt iis, quæ cauſam tutari non poſſunt, vt effu- ... & prætextus quoſdam inueniant, qui ablata præſentis cauſæ me- ... in iis vos retineant, quæ ad hoc ipſum crimen nihil ſpectant. *Ex orat. contra Theoc.*

Nomine oratoris & docti ornandus eſt, qui ſcelus fraudemque ... poſſit dicendo ſubiicere odio ciuium, ſupplicioque con- ... idemque ingenii præſidio innocentiam iudiciorum pœna liberare: idemque languentem, labentemque populum aut ad decus excitare, aut ab errore deducere, aut inflammare in improbos, aut incitatum in bonos mitigare, qui denique quemcunque in animis hominum motum res & cauſa poſtulet eum dicendo vel ſedare. *Cic. 1. de Orat.*

Oratores veteres famam in poſteros præmia eloquentiæ cogitauerunt pulcherrima, Tacit. *Annal. lib. 11.*

APOPHTHEGMATA.

Diogenes oratores carpebat, quod ſtuderent iuſta dicere, ſed eadem facere negligerent. *Laertius libro 6. Eraſmus Roterod. lib. 3. apoph.*

Idem, Oratores qui ſummo in pretio habebantur Athenis, dicebat turbæ miniſtros, quod ad gratiam loqui cogerentur, & ſeruiliter adulari ſtolidæ multitudini. Coronas autem dicebat eſſe gloriæ puſtulas, ἐξανθήματα, qualia nonnullis progerminant in naſo, vultuq; ex bile. *Laert. l. 6.*

Idem, in caupona prandens, Demoſthenem forte prætereuntem inuitauit vt accederet. Id cum ille pudore recuſaret: Erubeſcis, inquit, Demoſthenes cauponam ingredi: atqui hic herus tuus quotidie verſatur. Innuit oratores nihil aliud eſſe, quam mancipia populi, nec eſſe par, vt illic pudeat ſeruum populi videri, vbi populus aſſidue viueret. *Eraſ. Roterd. l. 8. apoph.*

Idem, Oratores ac cæteros omnia ad gloriam facientes appellabat τρισανθρώπους, id eſt, ter homines, ancipiti dicto. Nam vt vulgus hominem eſſe negat, qui nec doctus eſt, nec humanus: Ita philoſophus hominem vocabat miſerum, qui nihil haberet ſupra hominem. Siquidem iuxta Homerum nullum animal homine miſerius. Proinde ter homines dixit, ter miſeros, qui ſua ſtudia omnia conferrent ad rem immaniſſimam, ac populari multitudini, multorum capitum beluæ, ſeruirent ſeruitutem. *Laert. l. 6.*

Demoſthenes interrogatus, quomodo orator factus eſſet? Reſpondit, Dum plus olei quam vini abſumerem. *Ex Diomed. Meminit etiam Bruſ. l. 4. c. 31.*

Idem. Phocion Athenienſis breui oratione vtebatur, cæterum grauiſſima, quem cum ſurgentem vidiſſet Demoſthenes: Ecce, inquit, meæ orationis culter ſurgit. *Plut.*

Pyrrhus dicere ſolebat, plures vrbes ſuo imperio additas oratione Cyneæ oratoris ac legati, quam ſuis armis. *Val. Max. & Bruſ. lib. 4. cap. 31.*

SIMILITVDINES.

Sidonij Apollinaris. Medicus in deſperatione, gubernator intempeſtate cognoſcitur, horum omnium famam præcedentia pericula extollunt: quæ profecto deliteſcit, niſi vbi probetur, inuenerit: Sic & magnus orator ſi negocium aggrediatur anguſtum, tunc amplum plauſibilibus manifeſtat ingenium. *in epiſt. ad Rauricium ſuum.*

Liconis. Ranis ſimiles ſunt oratores, hæ enim in aqua clamitant: illi vero ad clepſydram. *Apud Max. ſer. 47.*

Ciceronis. Vt qui pila ludunt, etiamſi non vtuntur in ipſa luſione artificio proprio palæſtræ, ſed indicat ipſe motus; didicerintne palæſtram, an neſciant, & qui aliquid fingunt, etſi tum pictura nihil vtuntur, tamen vtrum ſciant pingere, an neſciant, non obſcurum eſt: Sic in dicendo facile declaratur vtrum is qui ad dicendum omnibus ingenuis artibus inſtructus acceſſerit. *lib. 1. de Orator.*

Sicut medico diligenti priuſquam conetur ægro adhibere medicinam, non ſolum morbi eius, cui mederi volet, ſed conſuetudo valentis, & natura corporis cognoſcenda eſt: Sic equidem cum aggredimur ancipitem cauſam & grauem, ad animos iudicum pertractandos, omni mente in ea cogitatione, curaq; verſari debemus, & odorari, quam ſagaciſſime poſſumus, quid ſentiant, quid exiſtiment, quid expectent, quid velint, quò duci oratione facillime poſſe videantur. *lib. 2. de Oratore.*

Vt nulla materies tam facilis ad exardeſcendum eſt, quæ niſi admoto igni, ignem concipere poſſit: Sic nulla mens eſt tam ad comprehendendam vim oratoris parata, quæ poſſit incendi niſi inflammatus ipſe ad eam & ardens acceſſerit. *lib. 2. de Oratore.*

Vt in Græcis artificibus aiunt eos Aulœdos eſſe, qui citharœdi fieri non potuerunt: Sic nonnullos videmus, qui oratores euadere non potuerunt, eos ad iuris ſtudium deuenire. *Pro Murena.*

Eraſmi Roterodami. Facilius inſculpes gemmis, quæ voles ſi terebra ferueat: Ita magis mouebit orator, ſi non ſolum acriter dicat, ſed ferueat, & amet id quod laudat, oderit quod vituperat. *in Simil.*

Vt ſigna quædam argillacea ſummo in precio fuerunt, ob admirationem artis: Ita nonnunquam res humilis ac nihil, ingenium oratoris commendat. *in Simil.*

Philonis Iudæi. Quemadmodum ſagittarii ſcopo ſibi aliquo propoſito, conantur omnia tela in eum defigere: Ita orator de re quada ... , omnem orationem ad rei alicuius finem refert, ſententia ... omnes ad certum quendam ſcopum dirigit. *in lib. de ſacrificio Abelis & Caini.*

Vide Lingua, Eloquentia, Sermo.